Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31650
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



sua magistrum omnium fatebat. Hec enim
poterat ignorare. quae ignorantib ante mon-
straverat. et de quo dixerat. qui habet spon-
sam sponsus est. et cui non sum dignus calcea-
menta portare. et illum oportet crescere
me autem minui. dum quem audierat
intonantem. Hic est filius meus dilectus in quo
mihi complacui. Ad aut dic. tues qui ven-
turus es. an alium exspectamus. hunc quoque
sensum habere potest. Scio quod ipse sis. qui
venisti tollere peccata mundi. et si quia ad
inferos descensurus sum. et hoc interrogo. u-
trum et illuc ipse descendas. an impium
sit hoc de filio dei credere. aliumque missurus
sis. Hoc autem scire desidero. ut qui te inferis
hominib nunciaui. te inferis nunciem.
si forte venturus es. Venum es qui venisti
dimittere captiuitatem mundi. et soluere
eos qui in uinculis tenebantur. Cui sciscita-
tori dns intelligens. opib magis. quam ser-
mone respondit. et iohi precipit nunciari
uidere cecos. et ambulare claudos. et lepsos
mundari. et surdos audire. et mortuos sur-
gere. et quod his maius est. pauperes euangelizari.
Pauperes. ut humiliatis. ut diuitiis. ut nul-
la inter pauperem diuitemque distantia sit sa-
lutis. si omnis nocentes equaliter. Ad quod in-
fert. beatus est qui non fuerit scandalizatus
in me. in iohem si discipulos eius pentit. qui
pri ad eum accesserant. dicentes. Quare
nos et pharisei iejunamus frequenter discipuli
autem tui non ieiunant. et ad iohem. ma-
gister cui tu prebuisti testimonium
iuxta iordanem. ecce discipuli eius bapti-
zant. et plures uenunt ad eum. Quo
dicto. luorem sigcant de signorum magni-
tudine et mundi mordacitate uenienti.
cur baptizat a iohe ipse audeat baptiza-
re. et multo amplius ad eum turba con-
curiat. quam pri uenerat ad iohem. Et
ne forsitan pleps nesciens hoc dicto io-
hem suggillare arbitretur. et multi laudes
porat. et cepit de iohe ad turbas dicere
circumstantes. Quid existis ad desertum
uidere. Arundinem uento agitatam.
Et quid existis in solitudinem uidere. ho-
minem mollibus uestitum. et reliqua. Cui dicti
hic sensus est. Humquid ad hoc existis in deserto.
ut uideretis hominem instar harundinis uen-
tus flatu in partes uarias inclinari. et ut
quem ante laudauerat de eo nunc dubitet.
et de quo pri dixerat ecce agnus dei. nunc in-
roget utrum ipse an alius sit qui ut uenerit.
ut ueniturus sit. et quia omis predicatio fal-
sa. sectatur lucra et glam querit humana.
et pglam nascentes compendia. et asserit
eum camelii uestitum plus nulli posse adu-
lationi succumbere. et qui locustis uescit
et melle siluestri opes non querere. rigi-
damque austeram uitam aulas uitare pala-
cii. quas queruntur qui bysso et serico et mol-
libus uestiunt. dicatque eum non solum ipham
qui soleat uentura predicere. si plus est quam
ipham. quia quem illi uenturum esse dixerit.
hic uenisse monstrauit dicens. Ecce ag-
nus dei. ecce qui tollit peccata mundi.
presertim cum ad fastigium iphale bap-
tiste accesserit publicum. ut cui dixerat
ego a te debeo baptizari. ipse eum baptiza-
uerit. non presumptione maioris si obedientia
discipuli. ac timore seruili. Cumque inter
natos mulierum nullum asserat iohanne